

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Aegidius Hunnius]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Leichpredigt bey der Leichbegängnuß Herrn
Nicolai Henningers Pfarrers zu Haltingen/
auß Dan. XII. 48. An. 1600. in 4.

ÆGIIDIUS HUNNIUS, Theolo- *Nat. 1550.*
giæ Doctor & Professor Publicus *Cl. 1590.*
in Academiâ Wirtembergensi, Ecclesiæ simul *Ob. 1603.*
Pastor & Superintendens, Winendæ, Wir-
tembergici Ducatus Oppido, nobilitatem & famam
attulit natavitate suâ d. 21. Decembr. Anni Jubilei
1550. in lucem editus, Parentibus illiteratis quidem,
sed tamen honestis, nec sine luculento futuræ ma-
gnitudinis præfagio. Mater quippe uterum gestans
sibi in somnio videbatur sedere in templo, & manu
dextrâ quidpiam humo attollere simile culmo stramineo;
Idque cum teneret inter anteriores digitos cepit ita crescere,
mater autem sub mole sic angî, sic laborare & afflictiari, ac si penitus esset succubitura,
dumque jam videretur actum & planè se putaret interituram
sub onere, derepente idem vidit in templi columnam versum,
ac se onere liberatam. (a) Somnium illud divinitus immis-
sum eventus comprobavit. Commoti enim eâ visione parentes,
Ægidium, ut primum per ætatem fieri potuit, Scholæ patriæ
& studiis adhibuerunt; ubi, cum prima literarum & pietatis
fundamenta jecisset, in Cœnobium Adelbergense illo tempore
florens, An. 1563 & biennio post in Maulbronnense receptus,
primam Philosophiæ lauream An. 1565 Tubingæ accepit, quam
& elapso semestri plenè adiit, artium deinde Magister

(a) *Sal. Gessner, in Conc. Fim. & Caroli Memorab. T. I, P. 53.*

ster An. 1567. ætatis 17. summâ cum laude renuntiatus. Inde ad studium Theologicum animum appulit sub Præceptoribus Jac. Andrea, Jac. Heerbrando, Theod. Snepfio & Joanne Brentio. A Principe autem Wirtembergico propter ingenii excellentiam & eximios profectus Diaconia Tubingensi An. 1574. ætatis 24. præfectus est. Quâ per biennium administrata An. 1576. Marpurgum ad Professionem Theologiae, commendante illum Jac. Heerbrando, cui dona Viri apprimè fuerunt perspecta, evocatus est. Desideraverant nempe Landgravii Hassiæ, ut Serenissimus Wirtembergiæ Dux ad institutionem Academiae Marpurgensis Theologum celebrem, nominatim J. Heerbrandum, ipsis concederet. Heerbrandus verò per ætatem jam proveciorem sese excusans, Hunnium sui loco substituit, secutus in eo, ut ipse scribit, exemplum inclyti Viri Johannis Reuchlini, seu Capnionis, qui cum ab Electore Saxonie, Friderico, ad Professionem Græcæ Linguae in Academia Witebergensi recens fundatæ obeundam expeteretur, senectutem causatus vocationem modestè recusavit, & Philippum Melanchthonem, admodum juvenem, Electori commendavit, affirmans: Eum non solum alterum fore Reuchlinum, sed & longè superiorem. Idem Heerbrandus distabat de Hunnio, nec fefellit augurium. (b) Hunnius enim An. 1576. d. 16. Julii, æt. 26. in Academia Tubingensi cum sodali & Concive suo, Polycarpo Lysero, Theologiae Doctor creatus, Marpurgentem Academiam sedecennii spatio, quam maximè illustravit, editis ibidem scriptis

(b) *Salom. Gesner. loc. cit.*

scrip
qua
mi
Cae
ma
lect
An
nor
reni
tate
gan
prin
rii
tem
inter
Hee
Præ
quo
ben
Stue
der
Adv
tibu
tem
num
mis
mun
verè
Hun
nor
Scho

scriptis egregiis; de personâ Christi, Explicatione
quarundam Epistolarum Pauli & Johannis; Ho-
millis in Prophetas minores, Postillâ Evangelicâ,
Catechismo & aliis lucubrationibus exarsciatis. Fa-
ma igitur de eo longè latèque diffusâ, Saxonici E-
lectoratus Administrator Wilhelmus, Hunnium
Anno 1592. ad repurgandam à Crypto-Calvinia-
norum fermento Academiam Witebergensem, à Se-
renissimo Principe Wirtembergico non sine difficul-
tate & singulari labore obtinuit. Itaque Witeber-
gam venit vocatus, ubi mox Professor Theologiæ
primarius, Templi Arcis Præpositus & Consisto-
rii Ecclesiastici Assessor declaratus est. Anno au-
tem 1595. Pastor & Ecclesiæ Witebergensis Super-
intendens constitutus, tandem post obitum Jac.
Heerbrandi in patriam revocatus, Cancellariatus &
Præposituræ Tubingensis Officio destinabatur. De
quo, ut literæ illius in Patriam scriptæ testari perhi-
bentur, magnopere lætatus, prædium suum, quod
Stuttgardiam & Tubingam interjacet, & etiamnum,
der Hunnshoff / appellari solet, usque ad suum
Adventum instaurari per amicos curavit. Certan-
tibus autem de Viro, Principibus Saxonix & Wir-
tembergix, saltem in unum adhuc vel alterum an-
num, ut in Saxoniam remaneret, Elector instantissi-
mis literis impetravit, (c) quam veniam & ipse de-
mum Ægidius exorare consultum duxit. (c) Deus
verò litem paulò post diremit omnem. Uxorem
Hunnium assumpsit, An. 1576. d. 10. Januarii, Eleo-
noram, Johannis Felderi, Ducalis Præfecti in
Schönbuch, filiam, ex quâ octo liberos suscepit. An-

no

(c) *Ibid. conf. Fecht. Epistol. Theol. P. VII. p. 791.*

no 1577. d. 23. Februarii, Ludovicum, qui post assumptum Magisterii gradum, An. 1596. d. 3. Septembris ætatis 19. obiit, spemque Patris de se optimam, quod ad hanc vitam attinet, fefellit; An. 1579. d. 3. Septembris nata illi est Sabina filia ex quâ generum nactus est Helvicum Garthium, Theol. celeberrim. Anno 81. d. 17. Martii, Ulricus, Juris-Consultus, qui ad Religionem Pontificiam defecit. An. 1585. d. 11. Julii, Nicolaus, postmodum ex Professore Witebergensi Superintendens Lubecensis. Eleonora An. 1588. d. 10. Martii, Margareta Anno 1590. d. 30. Augusti: denique post hos omnes Witebergæ An. 1594. d. 19. Martii Ægidius, ex Superintendente Sangerhusano Ducatus Altenburgii Inspector Generalis. Cæterum Hunnius juxta Johannis Schmidii, (d) celebris Argentoratensium Theologi effatum, omnium consensu meritò tertium à Luthero locum obtinuit, custos, vindex, propugnator coelestis Veritatis contra quosvis adversarios, dum vixit, acerrimus. Theologus, cujus commemorato nomine (verba sunt Quenstedii, (e) perfectæ Theologiæ consummatio audientis animo oboritur. Vir egregiè doctus, disputator acutus, S. Scripturæ explanator egregius, & fidus purioris doctrinæ Christianæ Hyperaspistes adversus Jesuitas, Sacramentarios Flacianos, & inanes Huberi *Φλυαγίας*. Confecto quippe feliciter An. 1592. reformationis in Academiâ Witebergensi opere, & repurgatis etiam ipsius operâ, Friderici IV. Lignicensium Ducis jussu in Silesiâ Ecclesiis, ejectoque qui

(d) *Memor VVegelein. apud VVitten. p. m. 934.*

(e) *De Patriis Viror. illustr. p. 66.*

qui de Calvinismo suspectus erat, Leonhardo Krenzhemio, Superintendente, varia deinceps subiit certamina; Inprimis cum Samuele Hubero, Bernate, qui Derindingâ Witebergam ad Professoris Theologi Munus pervenerat, & Universalitatem Electionis propugnabat, quæ controversia ab anno 1593. usque ad annum 1595. Witebergæ, & deinceps per complures annos duravit; in quâ Hunnius animum prorsus candidum & pium erga Huberum ostendit, quem diversis Epistolis charitate Christianâ plenâ de mutandâ sententiâ fideliter admonuit. Eam concertationem alia excepit, cum Theologis Anhaltinis de Adiaphoris, & cum Davide Pareo. Omnium autem gloriosissime disputavit noster cum Pontificiis, in Colloquio Ratisbonensi Anno 1601. Cum enim Jesuitæ sæpissimè ad Colloquium provocarent, Hunnius d. 10. Julii, hoc ipso anno disputationem publicam proposuit ad quæstiones discutiendas: an & quomodo, quibusve conditionibus ejusmodi Colloquium inire æquum atque integrum esset? factâ demùm declaratione: Nostrates lucem & congressum non defugere, sed paratos esse de quibuslibet Articulis legitimam inire disquisitionem. Instituto igitur, mense undecimo, circa finem anni Colloquio, strenuum Dei Athletam & Confessorem Veritatis intrepidum Hunnius præstitit. Romanum enim Pontificem coram toto Consequu, ipso Maximiliano Baviaræ Duce præsentem, Anti-Christum pronunciavit. Jesuitam vero Tannerum ferocius se efferentem & universa, quæ in Scripturis, etiam Apocryphis, extant, ut articulos fidei, creditu necessaria esse, asserentem, datâ de To-

R

bigæ

bia Cane caudam movente instantiâ, coram toto Orbe erudito confudit, tamen Infusus Esavita absurdissimum effatum in Opere Scholastico à se in lucem edito denuò repetitum, defendere non dubitavit, (f) piosque Hunnii manes fannis & sarcasmis laceffere sustinuerit. E scriptis Viri potissimum eminere judicatur Libellus de Majestate Scripturæ, quem aureum & si quid pretiosius, appellavit D. Joh. Meissnerus. (g) Florido maxime stylo & elegante (quem tamen in neminem filiorum suorum derivavit) conscriptum, rectèque operum omnium illius primo loco positum censet, D. Seeligmannus. (h) Sed & perspicuitatem in ejus lucubrationibus omnes agnoscunt. Unde Waltheri dictum de illo: Quod est Zabarella in Philosophia, id Hunnius est in Theologia, prolixus sed facilis intellectu. (i) Notum etiam Saxonum de tribus Suevis synchronis judicium, quo Polycarpum Lylerum formosissimum, Georgium Mylium, Augustanum, eloquentissimum, Hunnium verò doctissimum appellarunt. (k) Plura Elogia præsertim recentiorum, qui Ægidium laudant, velut astra minora Solem, aut Lunam, coacervare super sedemus. Gerhardus certè illum recentioribus Theologis omnibus præferendum judicabat. (l) Tot igitur tantaque Viri dona præstantissimorum passim ingeniorum confluxum Academiæ Witebergenſi ejus ætate attulerunt. Sanè inter discipulos

(f) Vid. J. A. Osiander Theol. Acroam. Disp. III. p. 48.

(g) In Dissert. de Sepultura Maria s. 8. Sect. 2.

(h) Orat. de Divin. Scriptur. p. 4.

(i) Vid. Serpilius in Epitaph. Sueborum p. 37.

(k) VV ilh. Stratemann in Theatr. Hist.

(l) Rönigs Biblioth. p. 418.

los H
Zeam
Itineri
aliis e
vatæ l
hanne
Hunn
illorun
respon
ille der
fet, fa
est D
werus
valdè
tute,
phia,
in Mo
quos I
retibus
Adelb
variis
peccat
mo sp
subita
Quia
fugger
minisse
dissim
ctu in
cordia
erigere

(m)

los Hunnii fuere Theologi nominatissimi, Georgius Zeamannus, in cujus amorem adeò pronus erat, ut Itineris Comitem ad Colloquium Ratisbonensè præ aliis eligeret; Johannes Meelführer, quem privata liberorum suorum informationi præfecit; Johannes Himmeli; Johannes Schröderus, qui Hunnio aliquando conquestus: Se dicta Scripturæ illorumque citationes memoriâ retinere non posse, responsum tulit: Domine Magister: Est gravis ille defectus. Id cum Suevicâ dialecto pronunciasset, sannis & scommatibus quorundam exagitatus est. Denique Balthasar Menzerus, & Albertus Græwerus primo loco nominandus, domesticus ejus valdè dilectus. (m) Pietatem Hunnii adhuc in juventute, divina mirè probavit roboravitque hodosophia, gravissimâ quidem tentatione. Inciderat ille in Monasteriis in commilitones corruptissimos, per quos Diabolus ei vehementer insidiatus est, ut suis rebus eum implicaret. Accidit autem aliquando Adelbergæ, cum scholares unâ considerent, & de variis rebus colloquerentur, ut quispiam diceret de peccato in Spiritum S. esse id irremissibile; Hic sermo spiculum lethiferum ei infixit, ut horribilis & subita tentatio animum illius fortissimè percelleret. Quia enim latebat ipsum definitio hujus peccati, suggerebat Satanas: Quod si tu tale peccatum commisisses? Hoc ipsum coram Condiscipulis planè dissimulans ibat cubitum, supra modum tristis, noctu in lecto orabat, flebat, implorabat Dei misericordiam, petebat, ut se solidâ & idoneâ consolatione erigeret. Vix tandem obdormiscens manè surgit

R 2

ad

(m) Confer. P. Freh, Theatr. in Vitis Vir, adductorum.

ad preces consuetas, adhuc valde tristis. Postea cum horâ sextâ matutinâ lectio frequentanda esset, occupat locum suum & invenit, in ipso vestibulo loci super mensam Margaritam Theol. Joh. Spangenbergii & quidem librum apertum, ad cujus primum conspectum se illi offert quæstio de peccato in Spir. S. & subjuncta Responsio ex Augustino. Cujus lectio loci illum efficacissimè consolabatur. Hæc de illius tentatione ex ipsius relatu commemorat Hutterus. (m)

Morbo correptus ultimo, fertur præfatio quodam divinitus suggesto dixisse: Quia cursum Epistolarum Paulinarum pro lectionibus publicis absolvisset cum valedictoriâ D. Apostoli Concionibus hebdomadariis explicata, sibi omninò videri, tempus adesse valedictionis propriæ, quod eventus comprobatum dedit. (n) Calculi namque doloribus ipsi familiaribus fractus, cum ventriculi præsertim accessisset inflammatio, adeò quidem ut nec alimenti, nec medicamenti quicquam posset ingerere; Repetitâ solenni coram testibus Confessione: Se doctrinæ suæ rationem ad Christi tribunal intrepidè redditurum. Spiritum inter preces Deo reddidit, 4. Aprilis, An. 1603. ætat. 53. Ministerii 29. Utrum inter eos, qui intemperie studiorum mortem sibi accelerarunt, referendus sit, ut G. Bœtnerus censet, suo loco relinquimus. Vitam & obitum ejus solenni Threnologiâ descripsit Leonhardus Hutterus D. & Successor in officio Professoris Theol. (o) Et D. Salomon

(m) *Threnolog. in Hunnii Obitum, ab initi:*

(n) *Job, Kisting, in der Christl. Sterb Kunst.*

(o) *Apud Melch, Adami Vit, Theol.*

lomon
7. 8. C
Lugur

Tubing
Sol
Pulpit
Aug
Wirt
Nor
Hoc A
Cur
Sed m
Nor
Hunnii
Fulg

In T

A
nos
fiæ h
perin
pultu
die X

Iomon Gesnerus, Collega, habitâ ex 2. Tim. IV, 6.
7. 8. Concione Funebri, cui sequens Epigramma
Lugubre præfixit:

*Tubinga ÆGIDIO HUNNO doctore brabeion
Solvit, ut Hassorum est fida columna Scholæ.
Pulpita Leucoræ plusquam duo lustra Cathedræ
Audivere, animi scripta loquuntur opes.
Wirtembergæ vocat, retinet Witebergæ vocatum:
Nominat illa suum; prædicat ista suum;
Hoc Academiam Ducis utriusque suam vult
Cura decennalis nobilitare VIRO.
Sed medium se infert Deus Arbiter & tuus, inquit
Non est, nec tuus est Hunnius est & erit.
Hunnius est & erit meus inter sidera sero
Fulgeat auricoma: & tradidit aureolam.*

Epitaphium.

In Templo Witeberg. oppidano hæc
verbis reperitur.

ÆGIDII HUNNI SS. Theol. D. &
in Academiis Marburg. per An-
nos XVI. Witeb. XI. Professoris, Eccle-
siæ hujus Pastoris & in Elect. Saxon. Su-
perintend. Corpus sub hoc Tumulo Se-
pultum est, qui natus An. Christi MDL.
die XXI. Dec. die IV. Aprilis, MDCIII.

R 3

obdor-

obdormivit cum vixisset Annos LII.
Menses III, Dies XIV.

Quod, ut & Effigiem Viri exhibet P. Freherus.
Theatr. III. Vir p 31. De Scriptis consulantur
Bibliothecæ, cumprimis Ephr. Prætori,
G Draudii, & H. Witten Diar. Biograph. ad
An 1603. qui Tract. de Exorcismo abrogando
inter ejus scripta perperam recenlet. Nec
enim ea mens erat Hunnio, ut Ecclesias Saxo-
nicas vel turbare, vel calumniari voluerit, cum
ad restorationem illarum natus & Divinitus
vocatus fuerit; uti rectissime judicat D. Kro-
majerus. (p)

Scripta.

OMnia quæ Latine extant, quinque Tomis compre-
hensa, studio & operâ Helvici Garthii, Generi
ejus, Theol D prodierunt Witebergæ, Typis M.
Georgii Mülleri, Impensis Joh Jac Porſii, Bib-
liopolæ Francof. ad Mœnum. Annis 1607. 1608.
1609 in folio.

Commentarios ejus in Epistolas Pauli & Evangelia
Matthæi & Johannis nuperrimè cum B. Winckel-
manni & Arcularii Commentar. in Marcum, Lu-
cam & Acta Apostolorum edidit D. J. H. Feustkin-
gius, Theol Doctor Servest- Anhaltinus; sub ti-
tulis sequentibus:

Thesaurus Epistolicus D. Ægidii Hunnii Witebergæ.
An 1705. in fol.

Thesaurus Evangelicus. Witebergæ, 1706. fol.*

Nos

(p) Theol. Pos. Art. Art. XVI. ib. 19 p. 678.

* Conf. Unschuld. Nachricht. ad An. 1707. p. m. 437.

Nos Scripta in Tomis V. citatis extantia recensimus cum Germanicis sub finem adjectis.

Polemica, Tom. I. comprehensa.

Tractatus de SS. Majestate, fide, autoritate & certitudine S. Scripturae Propheticae & Apostolicae Veteris & Novi Testamenti, 1588. 1590. Lubeca, 1592. Itidem Germanicè 1596. 8.

Hunc adversus Atheos & Contemptores Scripturae commendavit & P. Huetii Demonstrationibus Evangelicis longe prae tulit, D. Velsius in Praef. edit. Nov.

Articulus de SS. Trinitate per quaestiones & Responsiones solide pertractatus & contra quasvis Hereticorum Veterum & Recentiorum strophas & corruptelas firmissimè munitus, Francofurti, 1589. 1590. 1596. Witebergæ, 1607 in 8.

Libelli IV. de Personâ Christi, ejusque ad dextram Dei sedentis divinâ Majestate, quorum primus doctrinae sanae Confirmationem & contrariae elenchum continet. Secundus Antiquitatis Consensum. Tertius Lutheri sententiam invariataam continet. Quartus invictam demonstrationem habet nostras Ecclesias asserendo Majestatem filii hominis ab Aug. Conf. nihil quicquam recedere. Ursellis, 1585. Francof. 1585. 1590 1592. 1595. 8. Witeb. 1612. 8.

Affertio Sanae & orthodoxae doctrinae de Personâ & Majestate Christi contra Pezelium Francof. 1592. Lubeca, 1594. 8.

Articulus de Personâ Christi & Unione Hypostatica, Communicatione Idiomatum & Majestate Christi hominis, Witebergæ, 1603. 8.

Articulus sive Tractatus de Peccato, Witebergæ, 1607, in 8.

Articulus de Libero Arbitrio per quæstiones & responsiones propositus, Witebergæ, 1605. 8.

Articulus de Justificatione hominis peccatoris coram Deo, Francofurti, 1590. 8. Witebergæ, 1608. 8.

Articulus de Providentiâ Dei & æternâ Prædestinatione, contra Tossanum & Samuelem Huberum, Francofurti, 1596. 1603. Witebergæ, 1605. in 8.

Articuli de Lege & Evangelio ex Scripturâ S. fundamentis extructi, Witebergæ, 1607. 8.

Articulus de Sacramentis Veteris & Novi Testamenti præcipuè de Baptismo & Cæna Domini per quæstiones & responsiones solidissimè pertractatus, Francofurti, 1590. 1595. 8.

De Ecclesia vera & ejus Capite Christo. Itemque de Ecclesia Romanâ & ejus Capite, Pontifice Romano.

Tractatus de Indulgentiis & Jubileo Romani Pontificis.

Polemica, quæ Tomo II. continentur.

EXamen & Refutatio Assertionum Jesuiticarum Laurentii Arthuri de Ordinatione & Vocatione Ministrorum Evangelicæ Ecclesiæ, Francofurti, in 4.

Refutatio primæ Controversiæ Generalis Tom. I. Roberti Bellarmini de Scripto Verbo Dei & Traditionibus, Witebergæ, 1601. in 4.

Tractatus de Indulgentiis & Jubileo Romani Pontificis duobus libris Rob. Bellarm. oppositus, Francofurti, 1601, 1604. 8.

Relatio

Relatio Historica de habito An 1601. Ratisbonæ Colloquio inter Augustanæ Confessionis Theologos & Pontificios.

Notationes ad Epistolam cujusdam Anonymi Pontificii Narratoris, quæ solatur Amicum Augustanum lugentem sortem Jesuitarum, ob rem infeliciter ab illis Ratisbonæ gestam.

An-Titanmerus, h. e. Scriptum Apologeticum adversus Relationem Compendiariam Adami Tanneri, Jesuitæ Monacensis.

Examen Præfationis, quam Bavarici Collocutores Protocollo Monachii recuso, auctiorem præfigendam esse putârunt.

Calvinus Judaizans.

Anti-Paræus uterq; de Calvino Judaizante, primâ Vice editus, Francof. 1599. 8. & 1594.

Controversiæ inter Theologos Witebergenses de Regeneratione & Electione dilucida Explicatio Ægidii Hunnii, Polycarpi Lyseri & Salomonis Gesneri, cum refutatione Argumentorum, quæ Samuel Huberus pro Assertionem suæ Opinionis hætenus in medium attulit, Witebergæ, 1594. 4.

Exegetica, Tom. III. continentur.

Commentarius in Evangelium S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ, antea Francofurti, 1594. in 8.

Commentarius in Evangelium B. Johannis Apostoli & Evangelistæ, antea seorsim excusus, Francof. Anno 1586. in 8.

Methodus Concionandi.

Epitome Biblica.

Prælectiones in XXI. Cap. Geneseos.

R 5

Exege-

Exegetica, Tom. IV.

Commentarius in Epistolam ad Romanos, seorsim
 Francos. ad Mœnum, 1587. 8.

Com. in Epistolam Priorem ad Corinthios, It. Francos.
 1596. 8.

In Epistolam Posteriolem ad Corinthios.

In Epistolam D. Pauli ad Galatas, antea Tübingæ, An.
 1606. 8.

In Epistolam ad Ephesios.

In Epistolam ad Philipenses.

In Epistolam ad Colossenses.

In Epistolam Priorem ad Thessalonicenses.

In Posteriolem ad Thessalonicenses, antea Francofur-
 ti, 1596. in 8.

In Epistolam priorem ad Timotheum.

In Epistolam ad Titum.

In Epistolam ad Philemonem.

Comment. in Epistolam Canonicam B. Jobannis, Fran-
 cos. An. 1594. 8.

Commentar. in Epistolam ad Hebræos, antea Francos.
 1589. in 8.

Tom. V. continentur.

Disputationes LXVII.

Orationes VI.

Comœdia tres.

Disputationes.

De Sacra Scripturâ Canonicâ, & quidem de libris Ca-
 nonicis & Apocryphis, 1601. 4. Witebergæ.

Qua

Disp. quâ probatur Calvinianos non esse sinceros Aug.

Conf. Amicos.

De Augustanâ Confessione.

De Dei Essentia.

De Deo Vero, Uno & Trino contra Anti-Trinitarios.

De Deo Uno & Trino.

De Ordine Personarum Trinitatis & æternâ filii Dei-
tate

De Spiritus S. Hypostaticâ proprietate, æternâque
Deitate.

De Deitate Spiritus S. ejusque à Patre Filioque proces-
sione.

De Messia contra Judæos.

De Personâ Christi.

De Eâdem.

De Unionem Hypostaticâ duxrum Naturarum in Christo.

De Officio Christi.

De Gloriosa Resurrectione Domini nostri Jesu Christi.

De Regno Christi.

De Angelis bonis & malis.

De imagine Dei in primo Homine & subsecuta corru-
ptione.

De Lapso Primorum nostrorum Parentum, Adæ &
Evæ.

De Peccato Originis.

De Peccatis Actualibus & Peccato in Spiritum S.

De Providentiâ Dei.

De Eâdem.

De Prædestinatione.

De Electione seu Prædestinatione filiorum Dei ad sa-
lutem.

De

Disp. de Electione, seu ad Vitam eternam Prædeterminatione, cum subiecta Huberianæ sententiæ, de Electione Universali, Justificatione, Regeneratione hypocritarum per Baptismum refutatione.

De Prædeterminatione & Reprobatione.

De Satisfactione Christi pro omnibus singulorum hominum totius Mundi peccatis.

Utrum Renati possint excidere Gratia Dei?

De Libero Arbitrio, 1.

De Libero Arbitrio, 2.

De discrimine Veteris & Novi Testamenti.

De Justificatione Hominis Peccatoris coram Deo, 1.

De Justificatione, 2.

De Justificatione, 3.

De Bonis Operibus.

De Baptismo, 1.

De Baptismo ex Nono Articulo Aug. Confess. 2.

De Baptismo, 3.

Qui Baptismus, à quibus personis collatus, pro vero Baptismo habendus sit?

De Fide Parvulorum Infantum.

De Cæna Domini, Prima.

De Eadem, Altera.

De Cæna Domini, contra Dan. Tossanum.

De Persona Christi.

De Baptismo

De Prædeterminatione Salvandorum & infidelium reprobatione.

De Ecclesiâ ex Septimo Articulo August. Confess.

De Ecclesiâ Propositiones.

De Vera Catholica Ecclesia agnoscenda.

De

- Disp. de malis & Hypocritis Ecclesie admixtis.
De Ministerio Verbi & Sacramentorum.
De duobus Anti-Christis primariis, eorumque fatali incremento, tyrannide & occasu.
De Anti-Christo Magno, Altera.
An Romanus Pontifex sit Apostoli Petri verus successor?
De Vitæ humane Termino.
De Statu Animarum post hanc Vitam.
De Vita Æterna.
De Invocatione Sanctorum Defunctorum & Beatorum Angelorum: nec non Imaginum cultu.
De Purgatorio Pontificiorum.
De Magistratu Civili & Civium erga illum Officio.
Σύνοψις Epistolæ Paulinæ prioris ad Thessalonicenses.
Marpurgi 1591. 4.
Contra Anabaptistarum Errores XXX.
De Sacra Scriptura Canonica contra Pontificios.
De Unione Personali Duarum Naturarum in Christo & Communicatione Idiomatum.
De Colloquio cum Pontificiis ineundo.
Labyrinthus Papisticus, s. Disputatio de Papatu semetipsum contradictionibus implicante, Mülbushii, 1602. in 8. Witebergæ, 1602. 1604. 4.

Orationes.

- Oratio de Certaminibus, Victoriis & Triumphis Christi in Conventu Theologorum Superioris Hassiæ, Marpurgi 29. Maji, anno Domini 1577. celebrato habita.
De Michaële Archangelo & Angelis.
Oratio Complectens Locos præcipuos ex priori Pauli ad Corinthios Epistolâ observandos, ejusque insignes utilitates.

litates in aſtruendis Articulis fidei Chriſtiana ob oculos ponens.

De Vita & Morte Chriſti niſſimæ Principis ac Dominae D. Sabinae, Illuſtriſſimi Haſſiæ Landgravii Guilielmi Conjugis, &c. Habita Marpurgi, An. 1581. die 29. Auguſti.

De Vita & Morte Illuſtriſſimæ Principis ac Dominae, Dominae Hedwigis, clementiſſimi Haſſorum Landgravii, Ludovici, dilectæ Conjugis, beatæ recordationis, Scripta & recitata publice 22. die Martii, An. 1590.

Oratio habita in Seculari Feſto Natalitio Academiae Wittebergenſis, cum centeſimum à prima fundatione compleviſſet annum. 18. die Octobris An. 1602. De beneficiis Dei in eam Scholam collatis.

Comœdiæ.

Joſephus, ſeu Comœdia prior Hiſtoriam Joſephi à Moſe deſcriptam uſque ad exaltationem ejus ad dominium Egypti exhibens, Marpurgi, An. 1584.

Comœdia Poſterior ea continet, quæ ab annis fertilitatis geſta ſunt uſque ad deſcenſum paternæ familiæ in Egyptum, & mutuam letamque agnitionem Jacobi Patris, & Joſephi filii, Ibid.

Ruth, Comœdia Nova & Sacra Marpurgi, 1586.

Seorſim extant adhuc,

Diſputatio de Omni-Præſentia Chriſti hominis in Gubernatione omnium Creaturarum, Stuttgardia, 1618. 4. antea ut exiſtimo Tubingæ.

Oratio, qua penitus exutitur & tractatur Κεῖνητος certitudinis Hiſtoriæ Biblicæ ex variis atque valde memora-

memorabilibus profanorum etiam scriptorum atque
Gentilium testimoniis, Francofurti, 1587. 4.

Supposititia.

THeses de abrogando Exorcismo quas paulò ante dis-
cessum conscripsisse dicitur, Erfordiae, 1603. 1606.
in 4.

Deutsche Streit-Schriften.

Contra Calvinianos.

Gründlicher Bericht von den Altaren: Ob
dieselbige heutiges Tages in den Refor-
mirten Kirchen sollen abgeschafft werden/
Ursel. 1584. in 4. Rostock / bey Joh. Hal-
lerdord/ 1619. in 12.

Beweis/ daß die Calvinisten der wahren Augs-
spurgischen Confession, An. 1530. Keyser Caro-
lo V. übergeben/ niemahls zugethan gewesen.
Alles Historischer Weise auß den Actis selb-
sten und beederseits Schriften und Be-
kannthüssen klärlich erwiesen und darge-
than / Franckfurt bey Porzio, 1595. Leipzig/
bey Ellingern/ 1622. in 4.

Erinnerung wider die im Reichs-Tag 1594. zu
Regensburg aufgegangene vermeinte Ge-
gen: Beroeisung etlicher Heydelbergischen
Theologen samt angehenkten 121. Schluß-
Reden/ Franckfurt/ 1595. in 4.

Widerlegung des Calvinischen Büchleins / so
wider die Visitation der Kirchen und Schulen
im Churfürstenthum Sachsen verfaßte vier
Artis

Artickul aufgesprengt worden / Wittenberg / 1593. 8.

Calvinus Judaizans, das ist / Jüdische Glossen und Verkehrungen / mit welchen Johannes Calvinus, die allertrefflichsten Sprüche H. Schrift verfälschet / samt angeheffter Widerlegung / Franckfurt bey Porzio, in 4. Anno 1595. 8.

Anti-Pareus Latino-Germanicus, de Calvino Judaizante, Francofurt. 1599. in 8.

Widerlegung des unwahrhafften Berichts etlicher Calvinischen Prediger zu Embden von dem Streit des Abendmahls / Franckfurt / 1596. Wittenberg / 1597. in 8.

Außführlicher Bericht von der Visitation der Kirchen und Schulen im Herzogthum Lignitz in Schlesiens / Leipzig / 1614. in 4.

Apologia und Verantwortung seines Buchs / Assertio sana doctrina de Persona & Majestate Christi vor 19. Jahren gestellt / Gießen / 1611. in 4.

Contra Sam. Huberum,

Widerlegung der Vorrede D. Samuel Hubers / welche Er seiner wider D. Joh. Pistorii, sieben Teufel verfertigten Antwort vorgefeket / und darinnen der Wittenbergischen Theologen Lehre verleumbdet / Franckfurt / in 4.

Contra Hoffmannum.

Widerlegung der ungegründeten Auflage / damit D. Daniel Hoffmann mit großem Tro.

Grolocken der Calvinisten / D. Hunnium, und andere reine Lehrer in etlichen Glaubens-Artickeln falscher Lehr beschuldiget / gestellt durch D. Hunnium Frankfurt in 4.

Verantwortung des Concordi-Buchs Wider- truck wider Daniel Hoffmann / Frankfurt/ 1597. in 4.

Contra Pontificios.

Catholische Christl. Abfertigung der Un- Ca- tholischen Schluß Neben D. Joh. Pistorii Nid- dani, von der Rechtfertigung des Menschen für Ott/ Wittenberg/ 1595. in 4.

Historischer Bericht von dem jüngst- gehaltenen Regenspurgischen Colloquio, Magdeburg bey Joh. Francken/und Tübingen bey Grups penbach/ 1602. in 4.

Contra Flacianos.

Gründliche und richtige Erklärung / von der Erb. Sünde / darinnen der Unterscheid zwischen der verderbten Menschlichen Natur und der Erb. Sünde selbst / auß dem Heil. Worte Gottes / und D. Martini Lutheri Schriften erwiesen und bestätigt / herge- gen aber M. Cyriaci Spangenberg's und sei- nes Anhangs Irthum samt derselben ver- meyneten Einreden widerleget werden/ Mar- purg/ 1584. 1594. in 4.

Gründliche Abfertigung des unwahrhafften kurtzen Gegen- Berichts M. Cyriaci Span- genberg's / wie auch des Büchleins welches
S Er

Er unter dem Nahmen *Candidi Sylvestri* in
öffentl. Druck wider die Erklärung *D. Hun-*
nii von der Erb. Sünde außgespraget/
Grancffurt/ 1586. 4.

Homiletica.

Evangeliën und Epistel. Postill/ Wittenberg/
1596. Magdeburg/ 1602. Grancffurt/ 1620.
in fol.

Auslegung des Catechismi samt der Hauß-
Tafel in Predigten / Magdeburg / 1586.
Wittenberg/ 1596. Grancffurt/ 1605. in 4.
und 8.

Auslegung über die ersten XXI. Capitel des er-
sten Buch Mosi/ in Frag und Antwort ge-
setzet/ Marpurg/ 1590. in 8.

Christl. Predigten über sechs Propheten/ nem-
lich / Daniel / in 44. Obadias/ 3. Jonas/ 9.
Micha/ 20. Haggai/ 5. und Malachias/ 6.
Marpurg / 1590. Grancffurt bey Porzio,
1613. in 4.

Siebenzehen Predigten über die Klag. Lieder
Jeremia/ Grancffurt/ 1600. 4.

Christliche Predigt von dem Evangelischen
Christlichen Jubel. Fest / als die Universität
Wittenberg/ das hundertte Jahr / nach er-
ster Foundation erreichte / über den 48. Psal-
men/ Wittenberg/ 1602. in 4.

Acht und dreyßig Leicht - Predigten zu Mar-
purg gehalten/ Wittenberg/ 1605. in 4.

Eine Predigt auß dem 24. Cap. Josua / Mag-
deburg/ 1592. in 4.

Vale-